

N. 188.

A. D. 1345 (21 febbraio; Indiz. XIII) - Barletta

Provenienza Cattedrale.*Rogatario* Iohannes Mercualdus not.

Contenuto Indoctus, f. Colucii Flurini, Masius, f. Colucii de Salpis, e Palmerius Iudicis Angeli vengono citati a comparire dinanzi alla Curia, per avere aggredito a mano armata Nicola Saporito, servo della Curia, mentre portava a destinazione certe carte citatorie.

Nos Petrucius de Palmerio Reginalis baroli Iudex, Iohannes mercualdus publicus eiusdem terre notarius et subscripti testes fatemur quod predicto die constitutus in nostri presentia Paulus de Monterio serviens Curie Vicarie ut dixit asseruit coram nobis sibi fuisse commissum per Magnificos dominos Regentes Curie Vicarie Reginalis quod ad petitionem et Instantiam Nicolai capuriti servientis dicte Curie Citaret Indoctum f. Colucii flurini, Masium f. Colucii de Salpis: Palmerium f. Iudicis Angeli de Comestabulo de barolo sub certo tenore et forma in quibusdam Citatoriis licteris Sigillatis Sigillo quo dicta Curia utitur, quas licteras nobis ostendit et puplice legi fecit et continentie per omnia subsequentis. Robertus de Pontiacio miles Iuris civilis professor Magne Reginalis Curie Magister rationalis consiliarius et familiaris ac Curie Vicarie Reginalis Regens et Guillelmo de Carreneto viri magnifici domini petri de Carreneto militis Reginalis Cambellani Consilarii et familiaris ac dictam Curiam Regentis Reginali auctoritate Locumtenentis, Paolo de Monturio servienti dicte Curie Amico eorum salutem et dilectionem sinceram pro parte Nicolai Saporiti servientis dicte Curie fuit in dicta Curia expositum, quod Indoctus filius Colucii Furini (*sic*) Masius f. Colucii de Salpis et Palmerius f. Iudicis Angeli de Comestabulo de barolo ausu temerario ducti et spiritu diabolico Instigatis Armatis Armis prohibitis Insiluerunt in eundem exponentem non permittentes quasdam licteras dicte Curie Vicarie sibi commissas porrigere eidem Curie debita executione mandare et iis omnibus non contentis percussissent eundem *etc.* Datum neapoli sub anulo domini (*manca*) *etc.*

† Ego Petrus de Palmerio q. s. Iudex predictis Interfui et me subscripsi.

† Notarius Blasius Nicolai de Benedicto testatur.

† Notarius benedictus notarii Iacobi testatur.

† Notarius Nicolaus magistri Gualterii testatur.

Notitia testium:

Notarius Nicolaus Sarrapa, not. benedictus notarii Gualterii, not. blasius nicolai Russi,